

NICOLAI VIGELII IV.  
RIS CONSULTI

D I G E S T O  
R V M  
P A R S Q V A R T A:  
Decausis Iuris lu-  
cratiuiss.



BASILEAE, EX OFFICINA  
OPORINIANA



D I G E S T O R V M L I B E R  
V I C E S I M V S O C T A V V S:  
**D E H A E R E D I T A T E E T B O N O -**  
*rum possessione ex testamento.*

Hæc tenuis genera iuris cum suis causis specialibus & actionibus sunt proposita atq[ue] descripta. Nunc de causis generalibus, quibus istiusmodi iura adquirantur, nobis est agendum. Sunt autem hæc modi causa iuris vel lucrativa, vel onerosa. De hisce infra Parte quinta: de illis uero in hac Quarta parte differendum erit. Causa itaq[ue] iuris lucrativa sunt successiones tam ex testamento, quam ab intestato: legata & fideicommissa, donationes tum inter viros tum mortis causa. De quibus ordine dicemus: & primum quidem de successionibus ex testamento, si prius de successionibus in genere dixerimus.

2939

**D E H A E R E D I T A T E I N**  
genere. Cap. I.

**I. D E F I N I T I O H A E R E D L**  
tatis & hæredia.

**D**EFINITVR hereditas L. nubil aliud. 14. ff. de verb. signif. b[ea]t[er] uerbū: Nihil aliud est hæreditas, quam successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit. Concordat l. hereditas. 61. ff. de regulis iuris, hisce uerbū: Hæreditas nihil aliud est, quam successio in uniuersum ius, quod defunctus habuerat.

Definitio hæredis proponitur l. in pari. 170. ff. de regulis iuris, hisce uerbū: Hi qui in uniuersum ius succedunt, hæredis loco habentur. Concordat l. quoties. 9. 5. hæredis. ff. de hereditibus instituendis, cuius uerba vide i. cap. 13. reg. 2.

**II. G E N V S H A E R E**,  
ditatis.

Hereditas nomen iuris est, que regula approbat. I. petunia. 178. 9. hereditas. ff. de verb. signif. b[ea]t[er] uerbū: Hereditas nomen iuris est. Concordat l. hereditatis. 119. ff. eod. 11. b[ea]t[er] uerbū: Hæreditatis appellatio sine dubio continet etiam dannosam hæreditatem: iuris enim nomen est, sicut bonorum possesso. Concordat item l. bonorum. 208. ff. eod. 11. cuius uerba vide i. de verb. signif. Concordat item l. hereditatis. 10. in princip. ff. de petitione hereditatis, hisce uerbū: Hæreditas etiam sine ullo corpore iuris intellectum habet. Concordat item l. bona. 3. 5. hereditatis. ff. de bonorum possesso: cuius uerba vide i. cap. prox. quest. 1.

**III. S P E C I E S.**

I. Regula, De dannosa hæreditate. Hæc etiam hæreditatis appellatio continet, que regula approbat. l. 119. ff. de verb. signif. cuius uerba vide 5. quest. prox.

II. Regula, De bonorum possessione, proponitur l. 40

hereditatis. 119. ff. de verb. signif. b[ea]t[er] uerbū: Hæreditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur. Concordat l. prætor. 117. ff. de regulis iuris, hisce uerbū: Prætor bonorum possessorum hæredis loco in omni causa habet. Concordat l. 1. ff. de bonorum possesso: cuius uerba vide i. libro prox. cap. 14. regul. 1. Concordat item Inst. eod. et. 5. quos autem eius uerba vide i. cap. prox. quest. 1.

III. Regula, De hæredem ultenore. Hæc etiam hæredis appellatione contractur, que regula approbat. L. hæredis. 65. ff. de verb. signif. b[ea]t[er] uerbū: Hæredis appellatio non solùm ad proximum hæredem, sed & ad ulteriores referuntur: nam & hæredis hæres, & deinceps, hæredis appellatione continentur. Concordat l. hæredis. 170. ff. eod. 11. b[ea]t[er] uerbū: Hæredis appellatione omnes significari successores credendum est, eti uerba non sint expressi. Concordat item l. qui per. 114. ff. de regulis iuris, hisce uerbū: Qui per successionem, quinvis longissimam, defuncto hæredes exsisterunt, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes exsisterint. Ita in regulare exceptio prima hæc est: Nisi in substitutione hac, quisquis mihi hæres erit: hic enim non nisi proximum hæres continetur, que exceptio approbat. l. scindit. 70. ff. de verb. signif. b[ea]t[er] uerbū: Scindit est, hæredem etiam per multas successiones accipi, nam paucis speciebus hæredis appellatio proximum continet: veluti in substitutione impuberis: Quisquis mihi hæres erit, idem filio meo hæres esto. ubi hæredis hæres non continetur: quia incertus est. Item in lege Elia Sentia filius hæres proximus potest libertum paternum ut ingratiūm accusare, non etiam si hæredi hæres extiterit. Idem dicitur operatum exactione, ut filius hæres exigere possit, non ex successione effectus. Concordat exceptioni propositione l. ex illa. 117. ff. eod. 11. b[ea]t[er] uerbū: Ex illa parte edidit. Et, Euro quem ei hæredem esse oportet: hæredis hæredibus bonorum possesso non defertur. Item in substitutione his uerbis,